



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. An ex Christi ieiunio nostra Quadragesima originem habeat?
eaque seruata sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

enim ieiunatos Dominus praedixit, ablatio ipso, idque ad eum modum quo ex praeceptoris p. scripto discipuli Ioannis ieiunabant, ita discipuli Christi lege Christiana ieiunaturi erant, quae etiam quadragelimam continet, ut iam ex Patribus doceat.

§. 5. Nec ieiunat humano more, ut par erat, si homines ad imitationem prouocare vellet: sed magis exemplum designat, quo in sui potius admirationem omnes rapiat, quam ad emulandi studium omnes excitet.

Respondet. Christum ieiunare ut hominem Deum, nos ut homines. Non ad aequalitatem, sed aliquam similitudinem. Eadem in via sed magno intervallo. Omnis ratio ad coelestem exemplar est umbra quadam. Felicitas caritas, prudentia, castitas, fortitudo, illis ipsis edemitoris virtutibus collata, longius ab eorum perf. ctione abest, quam abstinentia vnius d. ei, à ieiunio quad. aginta dierum & noctium. Hic quoque Tofanus insurgit, nec praeire eius verbum, & nos ea conari, quae plane sunt inimitabilia. Nec igitur eius imitanda Christi mansuetudo, modestia, perfectio. Omni enim creatura inimitabilis est perfectio creatoris. Iam o im. litem illam decidit Nazianz. orat. 40. de Baptismo. *ὁ ἰησοῦς (χρῆστος) μὴδὲν ὡς τῆς πέλεος, ἡμεῖς δὲ πάλιν ὡς τῆς τῶν νηστειῶν ἐν, ἡ μὴδὲν ὡς ἀποστόλων τῶν κατὰ τὸ διδασκαλίας. 1. Christus paulo ante temptationem ieiunauit: nos ante Pascha: ieiunium vnum idemque est, at vtriusque temporis non parua est differentia. Et paulo post: *ἡμεῖς δὲ πάλιν νηστεύειν πρὸς ἐκείνους ἡμεῖς: ἵνα ὡς ἡμεῖς τῆς διδαχῆς τοῦ κυρίου ἐκείνους, &c. i. e. Iam ille totos quadraginta dies à cibo abstinuit: ut pote Deus: nos autem ad virium nostrarum modulum ieiunium attemperauimus, &c. Imitatio igitur ieiunii non eo tendit, ut pares Christo simus, quod esset stolidae arrogantiae, sed ut conformes filio Dei, castigantes corpus nostrum, & desideria carnis extinguentes.**

Sequitur Christum nostro more, ut ieiunio egen-tes, cum ille non eget, nec suo, nec nostro: legem etiam Christi in carmine de silentio idem Nazianzenus agnoscit.

Ἡμεῖς οὐκ ἔσθωμεν, ὡς ἐπὶ ὁμοτέλει πρὸς τὸν

Μωσὴν ἀγωνίζονται, ὡς καὶ Ἰσὼς Βιότιος

Ἡμεῖς πρὸς ἐκείνους, νομίζομεν χρῆσθαι βασιλῆϊ, &c.

Εὐτε καὶ οὐκ ἐμὴν οὐκ ἐμὴν οὐκ ἐμὴν ἀνέστη.

Quando carnem vixi, mysticam victimam eis qua sunt secundum humanitatem passionibus Dei ferens, ut mundo moriar quadraginta diebus legibus Christi Domini, mox mundati corporibus medicina venit.

§. 6. Denique non alia est illius ieiunii ratio, quam eius quo defunctus erat Moses, quum legem à manu Domini acceperet. Nam quum illud in Mose editum esset miraculum ad stabilendam legis auctoritatem, non debuit in Christo praetermitti: ne Legi Euar-ge-llum cedere videretur. Atqui ab eo tempore nemini vaquam venit in mentem, praetextu imitationis Mo-sis, talem ieiunii formam in populo Israelitico erigere. Nec vllus ex sanctis Prophetis & Patribus id se-quitur est, cum tamen ad omnes pias exercitationes satis animi ac zeli haberent.

Respondet. Hominis aut imperiti, aut maleuoli esse hoc argumentum. Quis enim id consilium iudi-cet. Moses in monte ieiunans exemplum non est secutus Israel, nec ergo nos Christum sequi oportet: An igitur nos nulla in re sequi Christum possumus, nisi in qua Synagoga secuta est Moysen? an Moysi facta & Israelitarum, Ecclesiae, & Christo leges praestitunt? Moses in domo Dei seruus erat, Christus filius, confessorum insignia ferui non gerunt, sed imperatoris; imperatoem verus sequimur milites, cuius mandatum tradit tota vetus Ecclesia, confessorum sua ieiunia non inposuit Israelitis. Christ-itus quadraginta dierum ieiunium consecrauit.

§. 7. Diuersitas ieiunii fuit, inquit Calvinus, non

ergo ab Apostolis, aut Christo: quin ipsum audire praestat: Quoniam in modo ieiunii mira tunc erat diuersitas, ut refert Casiodorus ex Socrate historia sua libro nono. Romani enim, inquit, non nisi tres habebant septimanas: sed illis continuo erat ieiunium excepto die Dominico, & Sabbatho. Illyrici & Graeci sex: alii septem: sed ieiunium per intervalla. Nec minus in ciborum discrimine dissidebant, alii non nisi pane & aqua vescerantur, alii addebant olera; piscibus alii, & volatilibus non abhorrebant: alii nullum habebant in cibis discrimen. Huius etiam differentia meminit Augustinus posteriore epistola ad Iannarium.

Respondet diuersitas in quadagesimae ostendere, vere eam fuisse obseruatam. Augustin. Epist. 86. ad Calulanum. I. iuniorum esse in Ecclesia varietatem, quia non inuenimus certis diebus ieiunia praecpta, addit vero, in his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, vel instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Epist. 119. Quadagesima sane inquit ieiuniorum habet auctoritatem. In diebus aliqua est & nunc varietas, atque etiam ciborum delectus. In quo illud Augustini seruandum Ep. 86. ab Ambrosio sumptum: Ad quamcumque Ecclesiam veneritis, eius morem seruate, si pati scandalum non vultis, aut facere. Ita & Epiph. huius varietatis meminit in compendiarie doctrina. Porro quadagesimam ante se- Austera veprem dies sancti Paschalis, similiter seruare solet eadem Ecclesiam ab- fusa, in ieiunio perseverans, Dominicus vero omnino non, neque sinitentia, in ipsa quadagesima. Ceterum per sex dies ipsius Paschalis, omnes populi in siccorum esu perseverant, pane inquam, & sale, & aqua tunc vientes ad vesperam. Sed & pictatis studio si duplas & triplas, ac quadruplas transmittunt, & aliqui totam hebdomadam, usque ad gallicantum Dominicae illucescentis, vigiliis autem agunt per sex.

Magnam diuersitatem requirunt, regionum, cibo- rumque diuersae vires, hominum temperaturae, con- fuetudinesque erant & quaedam quorundam consue- tudines non bonae, eorum qui partem aliquam qua- dragessimae ieiunabant, aliam minime. Quid iniusta aliqua lege soluti, alii legem prauaricantes. Chyl. hom. 16. *Ἰσὼς ἀπὸ τῆς ἐρωτῆς καὶ τῆς πρὸς ἐκείνους, πρὸς ἐκείνους ἐβδόμαδος ἐνήστευε, ὡς ἐν ἀνέκτῳ τῶν μύθων, ὅτι διὰ τὸν δ' ὅτι πρὸς τῶν ὅτι πρὸς ἐνήστευον ἐβδόμαδος. Consuetudo omni- bus est rogare per quadagesimam, quot quisque septimanas ieiuna- rit, & audire licet, hos quidem duas, illos tres, alios vero omnes.*

Faciebat hoc humana infirmitas sibi indulgens: quales illi, qui apud eundem Chrysostom. hom. 18. de ieiunio, fere finito gaudentes ita loquuntur. *ἐκείνους μὲν, ἐκείνους μὲν, ἐκείνους μὲν τῆς νηστείας τοῦ ἡμεῶν. Vici- mus, superauimus, ieiunii dimidium absumptum est.*

§. 8. Secuta sunt, ait Calvinus, deinde deteriora tempo- ra, & ad praeposterum vulgi studium accessit Episcoporum tum doctos & infatigabiles, & ruditas, tum libido dominandi & tyrannicus rigor. sanctos da- lata sunt impie leges, quae conscientias exitialibus vinculis minat Cat- stringunt. Interdictus carnis esus, quasi hominem contra- minaret. Adlata sacrilega opiniones alia super alias, donec in profundum omnium errorum ventum est.

Respondet. Quaedam ex hisce per calumniam nobis imponi, quaedam esse priuatorum errata. Haec corri- gere ad pastores pertinet, illae mihi re futandae sunt.

Calumnia est Episcoporum tyrannide lat. s de ie- iunio leges, nisi Apostolos, Martyres, sanctissimosque se sancti viros tyrannidis accusare libeat, quemadmodum Fraa- martyres, tzius quidam haereticos Baptistam. Vnde nunc Igoatius, & Episcopi Irenaeus, Athanasius, Concilium Nicenum, Basilus, tyrannidis Nazianzenus, Hieronymus, Augustinus, alii tyranni- dis, & iniquae dominationis acculantur, quos Ecclesiae ut Patres, veneratae sunt. Non esse tyrannidem Epi- scoporum vel inde liquet, quod antiquissimorum ie- iunia feueriore disciplina seruata sunt, atque in mori- bus sentim, & castitate, ita etiam in abstinentia rigore non nihil laxatum est: donec omnia haereticis deiecit. Quis Ambrosii tyrannidis arguet Sermon. 25. dicentem.

Non

Diuersitas
ieiunantium.

ADAMUS GONZALEZ
in
+ Euangelio

Cur ieiunii
diuersitas
sit?

Episcopos
doctos &
infatigabiles,
tunc libido dominandi &
tyrannicus rigor.

sanctos da-
lata sunt impie leges,
quae conscientias exitialibus
vinculis minat Cat-
stringunt.

Episcopi
Irenaeus, Athanasius,
Concilium Nicenum,
Basilus, tyrannidis
Nazianzenus, Hieronymus,
Augustinus, alii tyranni-
dis, & iniquae dominationis
acculantur.

Episcopi de
ieiunio re-
miserunt,
potius qua
strinxerunt.

Non enim fratres, leue peccatum est, fidelibus indicam Qua-
dragesimam a Domino, non ieiunare, & ieiunia, consecrata
uentris voracitate dissolvere. Scriptum est, Qui dicit se in Chri-
sto manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Si vis
ergo Christianus esse, debes quod Christus, facere. Ille qui pec-
catum non habebat, Quadragesimam ieiunauit, tu non vis
Quadragesimam ieiunare, qui peccas? Ille, inquam, peccatum
non habebat, sed pro hostis ieiunauit peccatis. Qualis ergo a-
pud conscientiam ipsam Christianus es, cum Christo pro te esu-
siente tu pranderis. Cum Salvatore pro te ieiunante tu reficeris?
Non igitur, sicut dixi, leue peccatum est, indictum violare iei-
unium.

Et Sermone 36. Deuotionem sanctae Quadragesimae pra-
dicantes, sacrarum literarum exempla protulimus, quibus ap-
probaremus hunc quadragenarium numerum non esse ab ho-
minibus constitutum sed diuinitus consecratum: nec terrena
cogitatione inuentum, sed celestis maiestate praeceptum. Ille
igitur non humanae libertatis, aut electionis, sed diui-
nae praeceptionis esse obseruantiam ieiunii quadrage-
simalis, consentiente tota illa Ecclesia iudicauit.

At Sermone 23. demonstrat crimen esse violare
quad. agesimam. Vna ostendens nobis ita nos hunc numerum
quidem iei- integrum ieiunare debere, vt quia totam Quadragesimam
iunii dies completi non possumus solido & vno ieiunio, vel quotidianis
omitenda. eandem sine intermissione ieiunare celebremus, vt si quisquam
vnam diem abstinendo praetermisit, totam Quadragesimam
violari & propter modici temporis cibum magni fructum la-
boris amiserit.

Non ergo libidine dominandi, sed conscientia, a-
more disciplinae ieiunia Episcopi & seruauerunt, & aliis
praedicauerunt.

At interdictus carnis usus, quasi hominem contaminaret.
Cibus non Agnosco Iouinianum nouum, & veterem calumnia-
torem, cui iam olim respondit pro nobis Augustinus
Serm. 65. de tempore. Cessent lauacra, vina, vel carnes,
non quod Dei creaturam iudicemus esse damnandam, sed qui
toto anno nobis viximus, saltem vel paucos dies viuamus Do-
mino. Et l. 30. contra Faustum Manich. c. 5. Christiani
non heretici, edomandi corporis causa, propter animam ab ir-
rationalibus motibus amplius humiliandam, non quod illa esse
immunda credant, non solum a carnibus verum a quibusdam
etiam terra fructibus abstinent: vel semper sicut pauci: vel cer-
tis diebus atque temporibus, sicut per Quadragesimam fere om-
nes, quanto magis quisque vel minus seu voluerit, seu potue-
rit. Ex quo apparet, a delicatissimis, & succulentis fru-
ctibus quosdam in Africa abstinaisse.

Lauticia-,, S. 9. Pergit Caluinus: [Ac ne quid prauitatis omit-
rum ac-,, teretur ineptissimo abstinentiae praetextu cum Deo lu-
cusatio. ,, dere ceperunt. Nam in exquisitissimis quibusque de-
,, litis laus ieiunii quaeritur. nulla tunc lautitiae suffi-
,, ciunt, nunquam maior ciborum vel copia vel varietas
,, vel suauitas. In tali actam splendido apparatu putant
,, se rite seruire Deo. Taceo quod nunquam saeculis se
,, ingurgitant, qui volunt habere sanctissimi. In summa,
,, his summus est Dei cultus a carnibus abstinere, & illis
,, exceptis affluere omni genere lautitiarum. Rursus
,, haec vltima est impietas, & vix morte expiabilis, si quis
,, in nimium latidi aut rancidae carnis cum pane cibario
,, gustauerit. Narrat Hieronymus iam suo saeculo quos-
,, dam extitisse, qui talibus ineptiis cum Deo luderent:
,, qui ne oleo vescerentur cibos delicatissimos vndique
,, aduehi sibi curabant: imo vt naturae vim inferrent, ab
,, aquae potu abstinebant. sed suaves fortitunculas fieri
,, sibi curabant, quas non ex calice hauriebant, sed
,, concha. Quod vitium tunc in paucis erat, hodie vul-
,, gare est inter omnes diuites: vt scilicet non alto fine
,, ieiunent, nisi vt lautius n' tidiusque epulentur. Sed
,, nolo multum verborum profundere in re non adeo
,, dubia. Hoc tantum dico, cum in ieiuniis tum in om-
,, nibus aliis disciplinae partibus adeo nihil recti, nihil
,, synceri, nihil bene compositi, ac ordinati habere Pa-

pistas, vt superbiendi occasionem vllam habeant, &
quasi aliquid reliquum sit apud illos laude dignum.]

Respondeo. Abusum lautitiarum, qui in diuitibus
est, omni nos tempore damnare. Si quis laudem iei-
unii ex abstinentia, austeritateque victu quaerit, iam mer-
cedem suam recepit; si ex lautis epulis, penam sibi
geminat, dum eodem facto & gulosus est, & hypocri-
ta. Si quis ieiunat, vt epuletur, non Domino, sed sibi
ieiunat: portabitque ille, quisquis est, iudicium suum.
Sobrietatem moderate conuiuantium non infamant
eae luxuriantium, quanto ergo minus esuriam iei-
unantium? Nec ideo tollenda ieiunia; quia illorum
occasione diuites aliqui ad crapulam abutuntur; nec
enim virtutes deferere iustus debet, quia eadem simu-
lant iniusti. Multi diuitum sunt, qui graui ieiunio, vi-
gilia, cilicio corpora castigant, quos imitari praestat,
quam ex aliorum abusu ieiuniorum memoriam ab
Ecclesia tollere.

Neque summum Dei cultum esse dicimus carni-
bus abstinere, nec vllam impietatem fultum ran-
cidae gustasse carnis. Hoc quisquis nobis imponit, de
sua causa desperauit, quam non nisi mendacio defen-
di posse agnoscit. Cedo vnum ex omnibus rerum Ec-
clesiasticarum tractatoribus, qui ista doceat: si nullum
dare potest, reforbendum est mendacium, quo apud
impios nos iniudiosissime traducunt. Nec ad li-
bros modo appello. Ex tot Catholicis doctis, indo-
ctis, addo etiam improbis, vel vnum producant, qui
hanc se fidem didiciisse fateatur.

S. 10. Bullingerus in hunc locum sicut & Aretius
imitationem Christi valde oppugnant. [Stultum est, ieiunium
inquit Aretius, id affectare quod ferre non possis, ad
quod vocatus non sis, impium vero simulanter, & hy-
pocritice id vt histrio quispiam ex triuio, imitari; quid
enim ieiunium nostrum cum hoc Christi habet simile
nisi histronicam? prandemus vt cena locum non re-
ponat: piscibus instruimus mensas, vt ne Apicius quis-
piam desideret carnes.]

Et Bulling. [Quod si responderitis praetulisse nobis
dominum continentiae abstinentiae & sobrietatis
exemplum, perperat responsio; nam verum dicitis:
at sobrietatem oportet nos praestare, non quadraginta
duntaxat dies, sed per omnem vitam nostram atque
singula vitae nostrae momenta. Et hic velle omnibus
regionibus & hominibus eandem ieiunii, id est, so-
brietatis in ciborum & de statis temporibus praescribant
praescribere, est profus desperare. Nam pro ratione cre-
li diuersissime affecta sunt corpora hominum, & idem
cibus diuersae complexionis homines non ad eandem
incendit studia. Pissimum ergo, commodissimum
vtilissimumque fuerit Ecclesiae, si omnes vbique do-
ceant sobrietatem & abstinentiam, leges autem de ci-
borum delectu, & de statis temporibus praescribant
nullas, sed liberum cuique regioni ac homini permit-
tant abstinere ab illis maxime, a quibus ipse sibi peri-
culum integritati suae immovere sentit, & eo praesertim
tempore quo maxime infollet caro.]

Respondeo de imitatione iam supra dictum esse
satis. Quod de ciborum delectu, hora conandi di-
cit, id confirmat; quod ante ostendi, esse in modico
ieiunii diuersitatem: de qua tam en recte Hieron. 24. i. 23. Diuersitas
Quarta res vestrae non oporiet res vestras vbi sit. Dis-
sonantia ieiunii fidei concordiam coagmentat, commendat. est sibi
Quo in genere totum seruatur, vt qui ieiunare non pra-
ualet, sibi solum, aut si est alius infirmus cum ipso, in domo sua
preparet, quod accipiat, & illos, qui ieiunare proualent, non
inuenit, vt Augustin. Serm. 62. de temp.

S. 11. Bullingerus de varietate perorger, vt ex va-
rio liberum, ex libero symposium faciat. [Quo acce-
dit, inquit, quod praesentium patrum saeculo tempora
Apostolorum mox insecuro, nullas certas de ieiunio
leges

leges latas esse constat. Nam Irenæus apud Eusebium in Ecclesiast. histor. lib. 5. cap. 24. Non solum, inquit, de die Paschæ agitur controuersia, sed & de ipsa specie ieiuniorum. Quidam enim putant vno tantum die obseruari debere ieiunium, alii duobus, alii vero pluribus, nonnulli etiam 40. ita vt horas diurnas nocturnasq; computantes statuunt. Et quæ sequuntur. Scripsit autem hæc Irenæus anno a natiuitate Domini 199. sicut indicat Eusebius in Chronicis. Porro eandem diuersitatem dierum ieiunii durauisse in ecclesia adhuc Theodosii iunioris Imperio, qui Constantino poli mortuus legitur anno Domini 453. testis est Socrates Constantino politanus historicus Ecclesiasticarum rerum Græcus, qui delectum quoque ciborum in ieiunando vt dierum disparum prorsus extitisse hisce verbis testatur: Sed etiam ciborum abstinentiam non similem habent, nam alii omnino ab animatis abstinent, alii ex animantibus pisces solummodo comedunt, quidam cum piscibus vescuntur & volatilibus, dicentes hæc secundo Mosen ex aqua habere substantiam. Alii vero etiam caulibus & ouis abstinere noscuntur, quidam siccum tantummodo pane vescuntur. Alii neque hoc. Alii vsque ad nonam ieiunantes horam, sine discretionem ciborum reficiuntur: & innumeræ consuetudines apud diuersos inueniuntur. Hæc legere est apud Epiphaniū siue in Tripart. histor. libro 9. cap. 38. Atque idem ille Socrates suam eleganter quidem & piā super hæc diuersitate sententiam subiiciens dicit, Et quia lectio nulla de hoc inuenitur antiqua, puto Apostolos hoc singulorum reliquisse sententia, vt vnusquisque operetur non timore aut necessitate quod bonum est. Hæc Socrates. Proinde peccarunt in libertatem Christianam, quicunque tandem præceperunt & certis legibus circumscripterunt ieiunia Christianorum, quæ omnino debent esse libera non tamen licentiosa. Apollonius quidam scriptor vetustus & ecclesiasticus, in Montanum hæreticum scribens, Hic est, inquit, qui docuit nuptias solui, & qui ieiuniorum leges primus imposuit. Author Eusebius Ecclesiast. histor. lib. 5. cap. 18. Vetustas itaq; voluit libera esse Ecclesiæ ieiunia. Eandem libertatem defendent redactam quicunque fuerint fideles Ecclesiæ ministri, reducere conabuntur vbi libertas illa legibus oppressa iacet.]

Respondet. Id conatum olim Aerium & Iouinianum, vt l. beta, vel nulla essent ieiunia. Aerium sic loquentem Epiph. hæret. 75. inducit. Sed neque ieiunium, inquit, erit ordinatum. Hæc enim Iudaica sunt, & sub iugo feruituris. Iusto enim lex non est posita, sed patricida & matricida, & reliquis. Si vero omnino volo ieiunare, qualemcumque eligam diem a me ipso, & ieiunabo propter libertatem. Vnde apud ipsos studium est, vt potius in die Dominica ieiunent, quarta vero & prosabbato edant. Sæpe vero etiam quartate ieiunant, non ex statuto, sed ex propria, vt inquit, voluntate. In diebus autem Paschatis quando apud nos sunt humi dormitiones, castitates, afflictiones, siccorum esus, preces, vigilie, ac ieiunia, & omnes animarum salutes per sanctas afflictiones: ipsi a summo mane obsonantur, carneque ac vino venas suas explentes caccinantur, ridentes ac subsannantes eos, qui sanctum hunc cultum hebdomadis Paschatis perscunt.

Eum Epiphanius refutat ex Apostolica institutione. Augustinus hæret. 82. Iouinianum eadem de causa damnat. Et Sermone 62. hortatur ad ieiunium tantquam iustum. Rogo vos, fratres charissimi, & admotheo, vt in isto legitimo ac sacratissimo tempore, exceptis Dominicis diebus, nullus prædere presumat, nisi forte quem ieiunare infirmitas non permittit, quia alii diebus ieiunare, remedium est, aut præmium: in Quadragesima non ieiunare, peccatum est. Alio tempore qui ieiunat, accipiet indulgentiam: in Quadragesima qui non ieiunat, sentiet penam:

Irenæus igitur non de dierum omnium, sed de con-

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

tinuatione ieiunii loquitur. Quidam existimant vnum diem oportere se ieiunare, quidam duas, quidam plures, quidam quadragesima horis diurnis & nocturnis metiuntur suum diem. Et nunc quoque manet similis discrepantia, quidam hora vndecima coenant, vesperi abstinent, alii in vespertum ieiunia producunt.

Alia varietas ex eo fuit, quod Græci quinquagesimam, latini quadragesimam ieiunarent. Græci enim die Sabbati non ieiunabant, ideo vnam septimanam compensando ieiunio addebant. Sic intellig. Cass. coll. 21. c. 27. Amb. Serm. 34. Eodem modo Basilii dicit, *quinque dies ieiunandum*; scilicet in hebdomade quadragesimæ, quia Græci die Sabbati non ieiunabant.

Ad Socratem quod attinet, Bellarm. lib. 2. de bonis oper. cap. 15. & Baron. T. 2. anno 75. fraudis eum accusant, Nouatianus enim & Aerianus, ieiunii osor de Romana Ecclesia falsa scripti: quod constat testimonio aliorum scriptorum, vt Cassiani, Leonis, aliorum. Bellarminus tamen corruptum codicem arbitrat.

§. 11. Alia, quæ adfert Caluinus, cæterique etiam, plus vanitatis habent. *Christum ieiunasse, non vt documentum temperantia daret, sed vt plus auctoritatis haberet*; ita Calu. hoc loco. *Scindi Evangelium, quia eius sigillum sit ieiunium.*

Respondeo. Christi ieiunii varias causas adferri. In Christi vnam esse, vt nobis non modo sobrietatis, quæ omnibus hominibus semper tenenda est, sed etiam laboriosæ abstinentiæ documentum traderet. Quamuis enim non probem eorum opinionem, qui quadragesima dies esurisse existimant, vt Caietanus docet; fuit tamen ipsum ieiunium abstinentiæ exemplum. Christus enim fame diuinitus sopita, edendi se voluptate priuauit, quam cibus allaturus erat. Pars autem est temperantiæ, sponte se voluptate priuare. Deinde ante tentationem esuriit, & laborem ieiunii fortiter tulit. Non enim continuo comedit, sed tentatori obstitit, & in pinnaculo templi, & monte de illo triumphauit. Grauiusam vero famem fuisse facili argumento doceo. Diabolus enim extrema illius remedia proposuit, vt lapides in panem conuerteret: atque vt Christi consensu docent Caluiniani, fidem eius oppugnaret, mes non citi se à Deo desertum fame moriturum Christus mento sedatur. Hæc autem tentatio efficax non erat, si mediocris erat esurie molestia, facile enim itinere aliquot horarum in cultiorem deserti partem proficisci potuisset, cum solitudines illæ in Iudæa minime spaciosæ sint, & cultis oppidis hinc inde non infrequentes. Magnam igitur famem ferendo, qua ad desperationis occasionem Satan utebatur, ieiunare nos docuit.

Quod vero ieiunium sigillum Evangelii esse afferat, valde hallucinatur; nondum enim scriptum erat, nondum prædicatū Evangelium, nedum obsignatū.

§. 12. Denique peculiari modo nos Caluinus accusat, quod meritum ieiunio tribuamus, l. 4. inst. c. 12.

§. 13. [Alterum malum huic affine summo opere cauendum est, ne pro opere meritorio, aut specie diuini cultus censeatur. Nam quæ sit res per se media, nec quicquam habeat momenti, nisi propter eos fines in quos respicere debet, perniciosissima superstitio est, confundere cum operibus à Deo mandatis, & per se necessariis, non alio respectu. Tale fuit olim delirium Manichæorum: quos dum refellit Augustinus satis clare docet, ieiunium non nisi ab iis quos dixi finibus æstimandum, nec Deo aliter probari nisi eo referatur. Tertius error non adeo quidem impius, periculosus tamen, tanquam vnum ex præcipuis officiis morosius acrigidius exigere, ac immodicis encomiis sic extollere, vt homines se aliquid eximium fecisse putent quum ieiunauerint.]

Respondeo. De bonorum operum merito, alios ieiunii alio esse, & ex aliis scripturis locos. Est enim hoc ieiunium quod est cum meritum.

Quinquagesima Græcorum eadem, cum quadragesima Iudeorum.

Socrati non credendum facile.

Magna Christi satisfactio non citi se à Deo desertum fame moriturum Christus mento sedatur.

cum aliis operibus commune. Vno verbo rem absol-
uam. Sacrate virginis nuptias coaquare, aut amore casti-
gandi corporis, abstinentibus à vino, vel carnibus, nil credere
meriti accrescere, non hoc Christiani, sed Ioviniani est. Aug-
ustinus de dogmat. Eccles. c. 67.

Ieiunium
ex sententia
Caluini
præceptum
est, aliqui
esse ihe-
roponia.
Ieiunium an cultus Dei sit? nec ne? forte si nos illi
velint intelligere, controuersia finem habebit. Nam
primo negat Caluinus, esse opus à Deo præceptum: nos in
genere præceptum in concedimus, ut Aug. 11. Ep. 86. ad
Cassianum. Caluinus ex ipso conuincimus. Cate-
chismus, inquit, de ieiuniis in genere non loquitur, quorum vi-
sum frequentior inter nos usus, (modo idem purus) foret. Si
optat usum, igitur præceptum agnoscit: Nam usus si-
ne præcepto apud illos iherosolymitanos, voluntarius, &
Deo ingratius censetur cultus. Ieiunium igitur ex se se
ac natura res media est, ut est esus; Virtutis vero exer-
citium est, cum bonum finem habet, ad ieiunandum
igitur à variis virtutibus impellimur. Temperantia,
obedientia, religio, castitas, poenitentia ieiunationem
præscribunt. Si ieiunas, quia te voto obstrinxisti, cul-
tus Dei est ieiunium, quia perfoluere votum est actus
religionis. Si ieiunas, ut carnis libidinem exstinguas,
castitatis opus est ieiunium, & cultus Dei, sed gene-
ratim sumptus, quemadmodum omnium virtutum
opera Dei cultus sunt. Si ieiunas, quia Deus præcepit,
obedientia est, insignis Dei cultus. Si ideo quia Magi-
stratus, vel Ecclesiasticus, vel civilis mandauit: ita
quoque obedientia est. Obediendum est magistratui,
Rom. 13. 1. Infans igitur quisque verum & Christia-
num ieiunium Dei cultum negat: Cultum inquam,
vel stricte acceptum, si ex religionis imperio, norma-
que procedit, vel in genere, si ab alia qualibet virtute
ad corporis piam castigationem moueamur. Ita ergo
à cibis abstinentium est, ut potiorum rationem vitæ
spiritualis habeamus, quia de re eleganter, & neruose
Chrysostomus passim disputat. Hom. 1. in Gen. & 3. ad
populum Antioch. item hom. 4. 6. 10. 18. Qui ergo ista
vitamus, quæ aliquando licent; inprimis peccata fugiamus,
quæ omnino nunquam licent. Itaque si volumus bene ieiunare
à cibis, ante omnia ieiunemus & à vititiis.

Ieiunium
cultus Dei.

Virtus ie-
iunio sit co-
mes.

Præstat ri-
gide exige-
re, quam
nulla iei-
unia.

Denique tertius error; scilicet, morosius exigere iei-
unia, minor est illo, qui nulla exigit, nisi cum nihil
quod edas, superest, ut supra vidimus fecisse Illyrici.
Nec multum abesse videtur Melanchthon. Duplex
ille ieiunium facit. Primum cum sobrie sumitur cibus. Al-
terum cum nihil omnino, vel parum admodum sumitur. Eius
causas tres adfert: Si deest cibus, si deest appetitus, si fasti-
dium omni cibi fecit moror. Quæ si rata sunt, verendum
non est, ne Caluiniani in exigendo ieiunio sint moro-
si. Imo dolendum eos in deferendo ieiunio tam
esse faciles.

VERSUS 3.

Et accedens tentator dixit ei. si filius
Dei es, dic ut lapides isti panes
fiant.

QUESTIO I.

Quando tentator accessit?

Tentator
occasione
visus ac-
cessit.

§. 1. Origenes hom. 29. in Lucam, totos quadra-
ginta dies noctesque tentasse exilumari. Ple-
tiq; nunc primum accedere, opportunam sibi Chri-
sti famem arbitratum. Quæ enim parte infirmum pu-
tabat Christum, irripit, circumiecit at dies omnes ut
leo, aditum frustra scrutatus, nunc aduersa, periculo-
sa, & maleuada fame, corporali specie accedens ten-
tat, ut si homo sit, ad peccandum inducat, si Deus, id
ipsum cognoscat. Audierat voce u polt baptismum
de eo testantem, t. si moniumque Ioannis, mirabatur
tot dies sine fame transactos; at nunc ubi more homi-

num grassari famem, succumque, & membrorum exi-
niationem vidit, locum vulnei fore sperauit.

§. 2. Argumento sane valido cum aggreditur. Si fi-
lius Dei es, quid fame cruciaris? vere poterit a vera-
cem ostendere Baptistam. Panem ex lapidibus confice.
Hoc si non potes, cum magna sit, nec diutius tolera-
i possit fames, moriendum est. Hoc enim minatum esse
non obscure colligitur ex responso Christi. Non in solo
pane viuit homo. Quod è diametro non opponitur nisi
illi propositioni. Solo pane iam viuere potes, aliqui inedia
moriens. Poruit sane luculentam sibi mentem versis in
dapes faxis construere, verum sapientia, pietate, scrip-
tura hostem vincere maluit. Fidem igitur Christi op-
pugnauit. Nec tam in hoc impedit, quo minus verum
sit, & sit quod multi veterum dixerant, etiam ad gulam in-
citasse Dominum. Fallo igitur pascos interpretes ac-
cusat Caluinus. Hic etiam parum firmis argutis luserunt
veteres, primam enim tentationem dixerunt esse gulam, alteram
ambitionis, tertiam auaritia, sed ridiculum est ad gulam in-
periem referre, si quis famelicus cibum appetit quo natura sa-
tisfaciat. Porro quas in pane lautitias fugient, ut nimis deli-
catus censeri debeat, qui siccò pane, viuunt, contentus est.

Errat omnino Caluinus, dum existimat eadem oc-
casionem non nisi ad vnum crimen demonem posse
impellere, de fide, & perfidia, de gula tentabat esu-
rientem; imo vero id agebat, ut nimio esca desiderio
ad impatientiam, desperationem, numenque tentan-
dum concitaret. At ridiculum est in pane gulam esse.
Imo norat mille artifex, nimio appetitu lenticula Esau
vendidisse primogenita: & in cibario etiam pane
cupiditatis impetum extra orbitam ferri posse. Quod
multi Patrum docuerunt, & magistrum suum Pareus
docere posset. Lenticulam coxit Iacob, vile legumen, vehem-
mens eius desiderium habuit Esau, ut etiam nomen inde inue-
niret. inquit in c. 25. Gen. v. 30. Pareus, & v. 34. Preceat
intemperantia gula, quod famis impatiens tam auide pulicu-
lam rufam appetit, quasi in patris culina ossulam habere non
possit. Cur non igitur Christum de gula, in appetitio-
ne panis in deserto tentaret, qui Esauum in opulenta
domo, inter varia cibarium genera in certamine de-
coctione rufam ducit?

Nec obstat Christi responsio; nam de fide & spe in
Deum respondere potuit; quia ad grauius malum
perfidia, quam gula tentatio tendebat. Rectissime
vero de gula tentantem reiecit. Quasi dicat. Nihil o-
pus est hic Deum tentare, aut lapidum metamorphosi fide, & si-
elcam querere, viuum de omni quod Deus decreue-
rit. Deo curæ erit mea temperantia, non sum moræ
impatiens, nec profani imitator Esau. Eodem ergo
clypeo vtrumque telum Christus reiecit: nam se in
Deum sperare ostendit, cuius potentia non sit pani
alligata, & superesse sibi tolerantiam ad inediam laui-
tiam quam diu Deo visum fuerit, fortiter, hilareque
ferendam. Itaque viuere hominem dicit ex omni ver-
bo, על כל בורא פי יורה, super omni quod egreditur
de ore Dei, hoc est, quocumque hominem Deus vitam
propagare iusserit, id illi panis instar est, Deut. 8. 3. De
omni homine scriptura loquitur. Non agitur hic de
verbo Dei, seu doctrina sacra, sed decreto Dei, à cuius
nutu vita pendet, & qui creaturas quas fecit, sustentat.

§. 3. Hic etiam occasionem calumniandi Caluinus
veritatis Satan arripit. [Vnde etiam colligimus, Papi-
stas, quasi facta cum Satana pactione, animas crudeli-
ter exponere eius libidini ad interitum, quum Scri-
pturam maligne suppressantes, Dei populum spoliant
suis armis, quibus solis salutem suam tueri poterant.
qui vero armaturam istam sponte abiiciunt, nec se in
Dei schola assidue exercent, digni sunt qui singulis
momentis à Satana iugulentur, qui se inermes pro-
dunt. Nec sane alia ratio est, cur tam impotenter gra-
setur Satan, & passim tam multos abripiat, nisi quia
eorum